



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,  
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,  
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non  
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lugduni, 1652-1663**

Cap. 21. Circa Voti Irritationem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80586](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-80586)

## Sect. II. De Precepto II. Problemata. 173

dendam: fortè enim difficilius concedetur. Nam  
règ're ferunt Superiores, huiusmodi Vota, eis  
consultis emititi.

### PROBL. CXVI.

*Parochi, aliive Clerici Beneficium haben-  
tes residentiam requirens, possunt &  
non possunt Religionem vovere nisi sub  
conditione petendi ab Episcopo faculta-  
tem. Licit opus non est eam ab illo im-  
petrare.*

*Minime pos- M*inimè possunt. Quia absque huius licetie  
petitione transitus ad Religionem illis  
est interdictus cap. Licet de Regular. cap. Ad-  
monit. de renunciat. Sic Suar. lib. 3. de Voto, cap. 4.  
num. 8. Say. in Clavi. l. 6. cap. 5. num. 2. Graft.  
part. 2. decr. l. 2. cap. 11. num. 24. Azor. part. 1. l. 1.  
cap. 6. quæst. 3.

*Possunt qui- Possunt quidem. Quia nullus est textus, ex  
quo hoc obligatio petendi licentiam ab Epis-  
copo colligatur. Nam textus in cap. Licet, lo-  
quitur de Regularibus ad Religionem strictio-  
rem transiuntibus, & sic non est ad rem. Tex-  
tus vero in cap. Admonit. prohibens dimissio-  
nem Ecclesiarum Episcopo inconsulto: intelli-  
gitur de dimissione extra casum Religionis à  
atre concessum, ut indicat ibi Glossa. Ita Sanch.  
lib. 4. sum. cap. 2. num. 48. Palau. tom. 4. tract. 15.  
d. 1. punct. 19. num. 1. Hostiens. Cardin. Antoni.  
Abbas ad cap. Licet, apud Santium.*

*Buc mihi- Verius hoc mihi. Quia præter quam quod  
nullus textus contrarium prescribens inveni-  
tur, extat textus ferè clarus & manifestus pro  
nostra sententia cap. Due, 19. question. 2. in quo  
Vrbatus II. liberè permittit, quoslibet Clericos  
ad Religionem transire, neque ab Episcopo re-  
nunciari posse. Cum igitur nullius licentiae peten-  
die mentionem gesserit, non est, cur illis hoc sit  
omnis imponendum.*

### PROBL. CXVII.

*Panitere de Voto factō: seu affici tristitia,  
quod illud emiserū: est, & non est  
veniale piaculum.*

*Circa quid C*ertum mihi huiusmodi tristitiam non es-  
se per se Voti violationem. Quia cum hoc  
dolore, ac tristitia compati potest voluntas ef-  
fectus promissum exequendi: sicut de facto esse  
potest voluntas abfoluta exequendi preceptum:  
tametsi quis sentiat, & doleat, tali ē prece-  
pro grauari: Ergo dolor & tristitia Voti illius  
non est violatio. Nauar. cap. 12. sum. num. 35.  
Bonac. tom. 1. d. 4. quæst. 2. punct. 5. §. 4. num. 14.  
Notanter dixi per se non esse Voti violationem.  
Nam si ex dolore & tristitia, quo votum  
quis fecerit, periculo exponitur non gerendi  
promissum, Votum violatur. Quia Votum obli-  
gas firmum propositum de illius executione  
habere nec periculo transgressionis exponi.  
Suar. lib. 5. de Voto, cap. 7. num. 7. Quæstern au-  
tem, num hic dolor ac tristitia de Voto emiso  
sit saltem veniale piaculum?

*Eacob. & Mend. Theol. Moral. Tom. IV.*

Non est peccatum veniale. Quia ex obiecto  
nullam malitiam continet. Siquidem non appa-  
ret preceptum, cui talis dolor, ac tristitia ad-  
pertinet. Sicut enim nullum fuit preceptum  
vouendi, ita nullum preceptum esse videtur  
pertenerandi in eo Voto: & sicut à principio  
potest quis nolle vovere, sit post Votum fa-  
cium potest nolle vovisse; quia virtusque actus  
idem est obiectum. Ergo ex parte obiecti dol-  
or & tristitia de Voto factō nullam malitiam  
continet. Ex parte vero hinc sèpè hic actus ho-  
nestari potest. Si enim cognoscas, votum tibi  
fore damnosum, eo quod ob tuam malitiam  
occaſio sit peccata multiplicandi: dolere de vo-  
to factō ob illum finem, non videtur illici-  
tum: sed potius honestum. Sic Suar. citatus  
num. 4. & sequent.

*Regulariter, dolere de voto factō, veniale  
piaculum est. Quia hic dolor aliquomodo pro-  
positum Voti exequendi insinuat, retrahitque  
hominem à via perfectionis assumpta. Et quia  
frequenter huiusmodi dolor concipitur ex pro-  
prio amore, quo quis vult onera, & obliga-  
tiones viles, ac sanctas excutere: ac proinde  
ex sine non licito. Ita Palau. tom. 3. tractat. 15.  
d. 1. punct. 2. 1. num. 3.*

*Crediderim, si aliquando quis doleat de Vō-  
to emissi ob transgressiones factas, talem actuā <sup>Hab. o partita</sup> virtutis  
veniale esse. Quia non est tam dolor de Vō- <sup>probabiliorē</sup> reprobato  
facto; quam de illius transgressione. Porro <sup>repuso.</sup>  
dolere de Voto per se & directe precepto non  
aduersatur: aduersari tamen indirecte iudico:  
precepto scilicet non aduersandi, quod obli-  
gat, ne Voti executionis propositum aliqualiter  
infringatur per hunc dolorem. Quare eti-  
milla fuerit obligatio Votum emitendi, pote-  
rat esse de perfecendo in illo: alias posset  
quis pro libito illius obligationem excutere. Ne-  
que est simile; nolle vovere; ac nolle vovisse.  
Nam aliud est, viam perfectionis non acci-  
pere, aliud ab ea incepta deflectere, illiusque po-  
nitere, quod quidem regulariter inordinatum  
esse videtur.*

### CAPUT XXI.

#### Circa Voti Irritationem.

### PROBL. CXVIII.

*Irritandi Vota potestas ortum habet, &  
ortum non habet à natu-  
rali iure.*

*XPLICATA effectio Voti, 336  
eiisque obligatio, restat expo-  
nere, quoniam modo dissolvi va-  
leat. Vidimus autem sect. 1. tri-  
plici via hanc relaxationem fie-  
ri posse. Irritatione scilicet, Dis-  
pensatione, ac Commutatione, Recole igitur  
Irritationem esse astum, liberum, quo is, à quo  
Votum pendet, tollit Voti obligationem.*

*P. 3 Duplex*

Duplicem autem esse irritationem alteram directam & propriam, alteram indirectam, & impropriam. Directa est, qua subiectio voluntatis fit; quia haec respicit actum vocationis, illomque de medio tollit. Indirecta est, que materiam promissam respicit, impediens illius executionem: quæcumque potius sui pensio, quam irritatione vocatur. Deinde suppono irritationem pronenientem ex subiectione voluntatis non esse actum iurisdictionis, sed dominij: quatenus superior ratione potestatis dominicativa habet ius, ne subditus obligetur aliter quam pro suo consensu, ac voluntate. At irritationem ex promissione materiali proueniens, aliquando est actus iurisdictionis, aliquando dominij. Est autem iurisdictionis tunc spiritualis, tunc temporalis: spiritualis, quando Pontifex, vel Episcopus materiam promissam prohibet, vel aliquid cum illius executione incompatible præcipit. Temporalis, quando Lex, vel Magistratus iustè præcipit aliquid, ex quo executio voti redditur impossibilis. His præmissis ad totius tractatus intelligentiam, quæsierni in primis, num irritandi vota potestas ortum habeat ex naturali iure an ex Pontifice?

<sup>537</sup> Ex iure naturali habet ortum. Quia filius naturaliter subditus patri, servus domino, vxori viro, & Religiosus Prælato: At haec subiectio est radix huiusc potestatis: Ergo à iure naturali haec potestas oritur. Sic Petr. de Ledes. tom. 2. sum. tract. 10. cap. 7. dub. 1. Azor. punct. 1. l. 11. c. p. 17. quæst. 3. Suar. l. 6. de voto cap. 6. num. 2. & 3. loquens de potestate parentum in filiorum vota, & cap. 7. numer. 3. loquens de Prælatis Religiosorum. Sotus l. 7. de inst. quæst. 3. art. 1. Sayr. in Clani l. 6. cap. 10. num. 7.

<sup>538</sup> Potestas irritandi vota non habet ortum à naturali iure, sed ex iure positivo. Quia si sermo sit de potestate irritandi indirecta, id est impediendi materia promissæ executionem, cum haec sepius impeditur ex iurisdictione à iure positivo concessa, vel saltē ex dominio iure gentium introducto, manifestum est, non ex iure naturali sed potius ex iure positivo ortum habere. At si de irritatione directa ac propria loquamur, facile ostendam ex iure positivo proueniens. Id probo in Religiosis, ac in filiis familias. Porro tria vota substantia Religiosis ex iure positivo Regularem statum constituant, redduntque Religiosum ita Prælato subiectum, ut nullum votum firmum, valeat emittere sine eius facultate. Ceterè non omnia Religiosorum vota possunt Prælati Regulares irritari; siquidem votum assumenti strictiorem Religionem, irritare non possunt, cap. Licet, de Regulari. Et sicut hoc votum fuit exceptum à dominicativa potestate, poterant alia excipi. Pender ergo ex voluntate Pontificis limitare, vel extendere potestatem irritandi vota superioribus concessam. Ergo haec potestas ex iure Pontificis oritur. Item de filiis familias constat ius naturale non magis dictaque puberes subiecti in votis realibus, quam in personalibus: neque magis in promissionibus homini factis, quam Deo: & tamen vota realia irritari possunt à patre, etiam

post pubertam facta: & non personalia: & promissiones pupillorum homini factas, non potest pater irritare, vt in promissione sponsalium contingit; cum tamen votum reale, & personale irritari possit. Signum ergo est, ex iure positivo hanc prouenire potestatem. Ita Grabiel Vasquez l. 2. quæst. 96. art. 4. d. 165. cap. 3. 29. Lessi. de inst. l. 2. cap. 40. dub. 10. numer. 74. Palau tom. 3. tract. 15. d. 2. punct. 1. numer. 4. Sanch. l. 4. cap. 24. num. 3. 2.

Probabiliorum admodū hanc iudico sententiam. Ad cuius probationem vbiore non feci de vxoribus, ac seruis mentionem. Quia non satis constat eorum vota posse directe irritari: sed solum quatenus marito, vel domino praedicant.

### PROBL. CXIX.

Competit, & non competit Pontifici, aliisque Ecclesiæ Prælatis directe irritandi vota potestas.

<sup>539</sup> Competit quidem fruunturque huiusmodi potestate ratione iurisdictionis <sup>540</sup> Comparsiblē à Christo Domino concessæ. Quia quia ad reclam. Ecclesiæ gubernationem videatur expedire, vt fideles in suis votis ita Pontifici, aliisque Prælatis subiectantur, ut secundum eorum beneplacitum obligentur, & non aliter. Sic Glos. ad cap. Quemadmodum, de iurevir. v. Condicio, Metina de Seor. homin. contin. l. 5. cap. 44. Llamas methodo curat. pun. 3. cap. 44. §. 4. fine.

Minime competit Pontifici aliisque Ecclesiæ Prælatis directe irritandi Christianorum vota potestas. Quia nullibi habetur hanc potestatem à Christo Domino datam esse, neque erat Ecclesiæ regimini necessaria, neque conueniens; potius enim decebat fideles liberos relinquere, vt firmiter Deo obligarentur. Siquidem ex hac libertate non impiedebatur, quin posset Pontifex, iusta intercedente causa eos ab obligatione voti per dispensationem eximere, aut illorum executionem per potestatem præceptuam impedire. Non igitur erat conueniens Pontifici concedi facultatem irritandi omnes promissiones hominibus factas. Nihil enim esset firmum & stabile. Ita Bonac. to. 2. d. 4. q. 2. pun. 7. §. 2. n. 2. Sanch. l. 4. sum. cap. 24. 18. Valsq. l. 2. d. 165. cap. 4. Lessi. l. 2. cap. 40. dub. 12. numer. 81. Azor. l. 11. c. 17. quæst. 3. Suar. l. 6. de voto. cap. 2. numer. 3. Nauar. sum. cap. 12. numer. 79. Caiet. ex D. Tho. 2. 2. quæst. 88. art. 12. in corp.

Hoc omnino tenendum existimo, unde à fortiori constat, non posse alios inferiores Prælatos, & multo minus Reges ac Principes temporales vota suorum subditorum directe irritare. Quia minore potestate in suis subditos gaudent, quam Pontifex. At si loquamus de potestate indirecta, qua ex prohibitione materiae prouenit, ea fidelium vota poterit Pontifex irritare, qua Ecclesiæ regimini obliterent, quæque de materia specialiter sibi subiecta votantes

EISCOBA  
Theos Mo  
Tom. III. I  
E IV.

## Sect. II. De Precepto II. Problemata. 175

uentes emiserint. Vnde irritat vota Episcoporum & clericorum muneri sibi commisso praedicantia. Alia vota nec hoc modo indirecto poterit irritare. Lessi. & Sanch. citati.

### PROBL. CXX.

*Peccant, & non peccant mortaliter superioris, qui subditis reuocant licentiam datam ad vouchandum, facta promissione non reuocandi.*

**A** Gimur ad quem vota irritativa potestas sit extendenda, & supponimus ad vota interna extendi. Quia cum tota haec potestas natus conditioni, quam subditus apponunt in suis votis: si superior placitum fuerit, & superior circa vota interna sibiique non manifesta, displicere potest: poterit planè ea irritare. Valsq. 1. 2. d. 60. cap. 4. num. 17. Suan. tom. 5. in 3. p. d. 4. fest. 2. num. 8. & 1. 6. de voto, cap. 7. num. 8. Eadem ferè certitudine tenendum esse, potestatem irritativam ad vota futura extendi. Quia quicunque gaudens potestate dominativa, potest nolle, vt vota emittenda à subdito, eique prius non communicata nulla & irrita sint. Sanch. 1. 4. sum. cap. 24. num. 49. Laym. 1. 4. tract. 4. cap. 7. num. 6. concil. 3. si superior maior concessit subdito facultatem emitendi aliquod votum, inferior Praelatus haud irritari posse. Quia in tantum vota subditi irritant à superiori, quatenus iis superioris voluntas contradicit. At superiori maiore consentiente, nulla est inferioris Praelati contradiccio. Suan. 1. 6. de voto, cap. 8. num. 1. si autem localis superior licentiam emitendi, exequendique votum impetrerit, posse Provinciale illud irritare. Quia illo contradicente, tollitur inferioris Praelati consensus, & conditio beneplaciti superioris, sub qua votum à subdito fuit emisum. Sanch. 1. 4. sum. cap. 27. num. 5. At si de irritatione facienda ab eodem superiori, vel aequali eo, qui licentiam dedit, sermo sit, existimo, fieri posse valide, tametsi promiserit, licentiam non renocaturum. Quia huius licentiae concessionem non eximunt subditus à subditione, neque sit sui iuris, vt discurrendo per singulos subditos, apte quidem Ferdinand. de Castro Palao probat tom. 3. tract. 1. 5. d. 2. pun. 3. §. 2. num. 4. Ego autem id solumentum (vt questioni locum statuum) in licentia data seruis ostendam. Si seruo à domino solum simpliciter concessa fuit ad votum emittendum, non impedit potestatem, id votum irritandi. Quia concedens licentiam, intendit quoad minus fieri possit, proprio iuri cedere: & consequenter solum intendit impetrare facultatem, & libertatem ad votum illa, dum sibi contraria vicia non fuerit. Verum si licentia sub promissione non reuocandi fuerit concessa, irritare vota non poterit. Quia sibi non prædicant, & illa in parte iam seruus est sui iuris. Nam si cum possit dominus seruo concedere simpliciter libertatem, à fortiori poterit libertatem largiri in aliqua peculiari materia sive reali, sive personali: quia libertate concessa, cessat irritationis fundamentum. Sanch. 1. 4. cap. 27. num. 21. Iam require, num reuocans sine causa licentiam concessam, fa-

cta promissione non reuocandi, mortaliter delinquat?

Delinquit mortaliter. Quia si licentia concessa fuit sub tacita, vel expresa promissione <sup>544</sup> *Delinquit mortaliter*, reuocatio sine rationabili causa facta est contra iustitiam, vel saltem contra fidelitatem in re gravi: Ergo est mortale. Adde, hanc reuocationem in Dei irreuerentiā cedere, siquidem materia ei promissa & dicata, & firmata superioris licentia, sine causa tollitur. Sic Caier. 2. 2. q. 88. art. 8. dub. 3. Sanch. pluribus relatis, 1. 9. de matr. d. 40. num. 7. & 1. 4. sum. cap. 27. num. 2. Laym. 1. 4. tract. 4. cap. 7. num. 18. Nauar. sum. cap. 12. num. 73. Aragon 1. 2. d. 88. art. 8. post 6. concil.

Non delinquit mortaliter, sed venialiter <sup>545</sup> *Non delinquit mortaliter*. Quia reuocatio licentia concessa sub non reuocandi promissione, non est contra iustitiam, si quidem ex licentia ad vouchandum data subdito non amisit superior ius, quod habebat in subdito, ratione cuius ei competit irritandi potestas: ac proinde violans promissione non reuocandi: contra iustitiam non delinquit: ea enim promissione subditus non acquisivit ius, nè à superiori gubernatur, neque illi maneret subiectus. Ad summum est contra fidelitatem, qua per se secundum probabilem sententiam, ad culpam tantum obligat veniale. Ita Sotus 1. 7. de inst. q. 3. art. 1. Rosel. vi. Votum 3. num. 2. Suan. 1. 6. de voto, cap. 4. ad finem. Et probabile reputant Sanch. cit. num. 31. Laym. ibid. & Palau tom. 3. tr. 1. 5. d. 2. pun. 3. §. 2. num. 9.

Ego autem non solum id probabile reputo, sed & probabilem esse iudicaram. Quia contra iustitiam non est, vt videmus. Contraria fidelitatem esse, solum est venialis culpa, quæ etiam exculari potest, si ipse, cui est data vouchandi facultas, & promissio facta de ea non reuocanda cedat, & consentiat reuocationi. Neque eriam haec reuocatio & irritatio est grauiter contra Religionem. Quia superior non vult, neque irritando votum, facit, vt subdito votum transgrediatur: cum potius faciat, vt votum non sit, neque obliget: quod de se non est malum. Quare tota malitia sita esse videtur in quadam leuitate, & inconstancia animi, qua rem, vel personam Deo dicatam absque vila causa à dedicatione detrahit & à via perfectionis excludit. Quod cum non faciat per violentiam, sed & sua potestatis donativa vicia, non videtur grauem culpam constitui.

### PROBL. CXXI.

*Taciturnitas, ac dissimilatio superioris sufficit, & non sufficit, ut censeatur licentiam vouchandi subdito seu voti emissi approbationem impetrare.*

Certum mihi, censi superiori concedere <sup>547</sup> *Quia certum* subdito licentiam vouchandi non solum quando conscient voluntatis subditi, tribuit *suppono*, facultatem, vt votum emittat: sed etiam quando conscient voti facti illud approbat. Quia quoties consensus non requiritur ad actus valorem, potest præstari ante & post, & in ipso actu: vt multis citatis, probat Marienzo 1. P. 4. recipit,

176 Theologiæ Moralis Lib. XXIX.

*recipit. titul. 9. leg. 5. gloss. 1. num. 1. § 2.* Quod in hoc cauſe contingit, cum Votum subditus ante Superioris conſentium validum sit, & obligatorium, solumque ab illo conſenſu pendeat, vi accipiat firmitatem, ne poſſit licet aliquo graui cauſa revocari. Sanch. affirmanſe omnium. 1. 4. ſum. cap. 27. num. 42. Quatercim vero ſunt iſiſtūtū taciturnitas & diſſimulatio Superioris. Voto emitto cognito, vt ceneſatur licentiam, ſeu conſenſum, vel approbationem impertire.

Sufficit, ex ea regula: *Qui tacet consentire videatur.* Quia Numeror. 30. dicitur: *Quod si audiens vir tacuerit, & in alterum diem distulerit sententiam: quidquid voverat scilicet vox reddet, neque potest eius Votum iam pro liberto irritari.* Sic Innocent. cap. Scirpina, de voto, num. 4. Ioan Andr. ibi, num. 4. Carin. quas. 12. Valent. 1. d. 6. quas. 6. num. 16. & alij relati à Santio lib. 9. de marv. d. 50. num. 9. Addentes, debere Superiorum, auditio voto, contradicere statim, vel faltem eo die. Nam eo transacto contradictioni locum non erit.

549

*Non sufficit taciturnitas absque interno Superioris consensu ad voti confirmationem in meo est illius signum sufficiens. Prior pars conclusionis clara est, quia Votum subditi nulla alia via firmatur, quam Superioris consensu: sub illius enim conditione emititur: Ergo deficiente consensu, manet infirmum: Pars secunda probatur, quia consentire in Votis subditorum non est favorable Superiori, sed subdito: si quidem eo consensu posito, non potest pro libito Votum irritare, sed graui causa indiger. Ita D.Thom.in 4.dist.32.fine. Star.lib.6 de voto,cap.6.num.14. & cap.4.num.20. Sanchez relatis lib.4.sum.cap.27.num.46. Palatus to 3.1.187.15.d.2.punct.4.8.2.num.14.*

**Hac pars mihi probabilitio.** Probabilior mihi hæc pars est. Quia regulariter illa, *Qui tacet*, in favorabilibus intelligitur. Locus vero *Numer. inferens* consensum ex solitudo taciturnitate vnius diei, ceremonialis erat: ac proinde talis dispositio cessavit: & quocumque tempore est locus contradictioni, dum non fuerit datum consensus.

PROBL. CXXII

Si Superioris taciturnitati internus consensus addatur: esto vouchi subdit non manifestus: Sufficit, & non sufficit, ut Superior licentiam aut consensum impetrare censeatur.

**S**Vficit quidem , vt tale Votum dicatur , de-  
Superioris licentia fuisse emissum. Quia  
est iam apposita conditio ad Votū firmatam  
requisita , que erat Superioris consensus , ne  
que vlibi cœterum , quod consensus hic de-  
beat esse manifestus. Addo , talem consensum  
aliquo modo manifestari , feliciter taciturnita-  
te. Nam licet taciturnitas , & dissimulatio in  
prædicantibus non sit indicium sufficiens con-  
sensus : tamen quia haec taciturnitas efficit va-  
lidum , ac firmum actum : præsumptio pro va-  
lore actus potior est , & præferenda , vt ex  
multis probat Menoch. de presumptionib. l. i.  
que<sup>nt</sup> . 29. num. 3. et latini libr. 6. pra. imp. 4. Sicut  
Star. libr. 6. de voto caput. 6. numer. 14. & cap. 4.

numero 20. Sanchez libro 4. sum. capite 27. mero 47.

Minime sufficit Sed necessarium est, ut Superior consentiens in Voto subditu subditu ratem consensum manifestet per se, vel per literas, vel per nuncium proprium. Quia hic consensus est favor & gratia subditu facta, ac proinde debet ipsi intimari iuxta cap. Si tibi absenti, de prabend. in 6. At cum taciturnitas non sit sufficiens indicium consensus in praedicantibus sibi, absoluere dicendum non est, concessam esse licentiam subditu, ex eo quod Superior andito Voto taceat, aut dissimulet, etiam si internum habeat consensum. Ita Palau tom. 3. tractat. 15. d. 2. punto 3. §. 2. numer. 15.

In ore duorum hoc verbum stabit. Indico enim sententiam mei Ferdinandi de Castro *Eiusdem iuris* veriorem esse , cui non obstat , prasum *sensitio* . ptionero pro valore actus omnibus alia *præsumptionibus* esse præferendam. Id enim labens admitto in actibus elicitis ab eadem persona , & sibi fauientibus : non tamen in actibus sibi præjudicantibus. Porro hæc intimatio debet fieri à Superiori immediate , vel per nuncium ad id specialiter destinatum. Quia voluntates Superioris , & subditii debent aliquo modo uniri. Illud tamen omnino certum esse reor , teneri subditum Votum exequi , si videat , superiori non contradicere , cum possit. Quia talis non repugnantia , licet non sit approbatio Voti , ut pote damnela Superiori est tamen permisso rei promissa exequenda: ut monet Sanchez libro 4. sum. cap. 27. numero *gilio*.

PROBL. CXIII.

Pater, & Mater possunt: & non possunt  
post puberitatem, & emancipationem in-  
ritare vota filij, antea puberitatem emis-  
sa, nec in pubertate confirmata, seu ap-  
probata.

**C**ertum est, Vota realia filiorum puberum  
non posse à parentibus irritari, postquam  
sui iuris fuerint efficii. Quia celsus in parenti-  
bus fundamentum irritationis, quod est bôno-  
rû filij administratio. Idem est de Votis persona-  
libus filiorum impuberum post pubertatem con-  
firmatis. Quia ratione confirmationis exempla  
fuere à parentium iurisdictione; sicut si tempo-  
re pubertatis fuissent de novo emissa. Sua. lib.  
*6. de voto. cap. 5. num. 13.* Sanchez lib. 4. sum. cap.  
*30. num. 1. 2.* Quæstio vero procedit de Votis an-  
tè pubertatem emissis, nec in pubertate confie-  
matis, possit nè pater, curator, aut mater  
ea post pubertatem, & emancipationem ir-  
ritare.

Non potest. Quia licet impuberum Vota  
emissa fuerint sub tacita conditione: si paren-  
ti placuerint: at hac conditio subintelligenda  
est cum addito: si parenti placuerint, dam per-  
sonam filii gubernat: sicuti in votis realibus in  
pubertate emissis intelligitur, quae tamen tran-  
acta pubertate non irritantur. Sic Sons l. 7.  
l de inst. q. 3. art. 2. dub. vlt. Aragon. 2. 2. 9. 8. 9. 9.  
Alcoraz.

## Sect. II. De Præcepto II. Problemata. 177

Alcozer. sum. cap. 16. concl. 5. Rosel. v. Votum. 2. n. 13. concl. 3. & probabilem reputat Sanch. L. 4. sum. cap. 30. n. 4.

<sup>556</sup> Potest quidem pater, materve irritare filij vota impuberis post eius pubertatem, vel emancipationem, si tempore pubertatis confirmata non fuerint. Quia occasio, ob quam ius concessum parentibus posse irritare impuberum vota fuit, ut illis in obligatione contracta in ætate ita debili, & infirma subuenient. At si parentes non possent post pubertatem vota impuberum irritare, non satis prouisum esset eorum imbecillitati. Ergo dicendum est, parentes & tutores hanc potestatem semper habere. Ita Caiet. 2. 2. q. 89. art. 5. Azor. p. 1. l. 1. cap. 7. q. 7. Valent. 2. 1. d. 6. q. 6. pun. 6. quæsiunc. vlt. Bonac. tom. 1. d. 1. q. 1. pun. 7. 8. 2. num. 19. Sanc. l. 7. de voto cap. 6. num. 8. Lefsi. l. 2. cap. 40. dub. 14. num. 8. Sanch. citat. n. 9. Sayr. in Clau. l. 6. cap. 10. num. 26. Nadar. sum. cap. 12. num. 7. 8. alij apud ipsos.

<sup>557</sup> Hanc sententiam veriorem esse iudico. <sup>Hab. sentent. sum. 10. o. 1.</sup> Quam efficaciter roboro ex cap. vlt. de sentent. si veriorem. excommunicare. Vbi conceditur Episcopis potestas absoluendi à sententiæ excommunicationis pueros, qui ante pubertatem percuterint: tametsi post pubertatem petierint absolvi. Quia non spectatur tempus, in quo petunt absolvi, sed in quo fuit delictum commissum. Haud aliter spectari non debet tempus, in quo irritatio petitur, sed in quo contracta fuit voti obligatio.

### PROBL. CXXIV.

Curator potest, & non potest post pubertatem vota personalia minoris in pueritia emissa, irritare.

<sup>558</sup> Minime potest. Quia curator datus est ad gubernationem minoris in bonorum administratione, non in persona leg. In copulandis, 9. C. de nuptiis. ibi: Nec curatoris, qui solum res familiaris sustinet administrationem, cuius officium durat usque ad vigesimum quintum annum compleatum: quo tempore finitur pubertas. Sed irritare vota personalia, est actio spectans personam minoris, non eius bona. Ergo curator hac potestate minime gaudet. Item illa vota fuerunt emissa sub conditione, Si pari placuerint, & illo defuncto, Si placuerint tutori: non autem emissa fuerunt sub conditione, Si curatori placuerint, quia tempore, quo fuerunt emissa non erat dabilis curator. At tutoris offi. ium cessar obtenta pubertate. Inf. Quibus modis tutela finitur: Pupilli, pupillæ cum puberes esse cœperint, at tæta liberantur. Ergo cessat in tute potestas ea vota irritandi, neque in curatorem transit. Quia sub beneplacito curatoris non fuerunt emissa, & quia curator non succedit patri in gubernatione filii tempore impubertatis, sed pubertatis. Sic Sanc. l. 6. de voto, cap. 6. num. 24. Satis, quidem probabiliter.

<sup>559</sup> Potest equidem curator minoris sui vota in pueritiæ facta, nec in pubertate confirmata irritare, sicut poterat pater, si esset superest. Quia curator succedit in gubernationem filii,

in potestate que, quæ patri conuenient debet, eo tempore, si viveret sed pater irritare potest. Vota filii ruberis ante pubertatem emissa, nec post pubertatem confirmata: Ergo idem poterit curator. <sup>1. 9. Sa. verb. Votum, vbi de Voti irritationem, num. 5. Lefsi. lib. 2. cap. 40. dub. 14. num. 8. Sanc. lib. 4. sum. cap. 10. num. 15. Palauostom. 3. tract. 15. d. 2. punct. 3. 5. 1. num. 6. Laym. libr. 4. tract. 4. cap. 7. num. 11.</sup>

Cum his opinor, asserens curatorem non solum gaudere potestate res minoris administrandi; directè enim bona minoris administratur, indirecè autem gaudet potestate administrandi personam. <sup>Cum vis opia strandi; directè enim bona minoris administratur, remquæ vherius d- lustros.</sup> Sicut tutor primo & perf se datut ad personam pupilli guberniam. Secundariò ad regenda eius bona, ut constat ex S. Datus, insit. de excusat. tutoris. Et ratione huius potestatis indirectè potest curatorem vota personalia minoris in pueritia facta, nec post confirmationa irritare. Neque obstat, non possideri curatorem eo tempore, quo Vota fuerunt emissa; quia curator non succedit parenti, pro eo tempore, sed pro tempore pubertatis in potestate, qua tunc parenti competet: & cum haec extendatur ad Vota ante emissa, etiam curatoris potestas extenditur. Idem dixerim de matre, si curatrix sit, ac de curatore. Verum si hoc numerus non exercet, tametsi nulla sit curator, Vota impuberis post pubertatem irritare non poterit. Quia matri, quia mater est, nulli filii puberis gubernatio à iure conceditur neque personæ, neque honorum. Sanc. lib. 4. sum. cap. 30. num. 17.

### PROBL. CXXV.

Irritationis potestas extenditur, & non extenditur ad Vota emissa tempore subiectionis, implenda tamen subiectione dissoluta.

<sup>560</sup> Nullus Superior huiusmodi potestate gubernandi. Quia spectato tempore, pro quo Vota emissa sunt obligata, cui videtur attendendum, nec ror id potest voluntas votantis, nec materia promissa subiectionem habent. Sic plures Doctores, quos refert Sanc. l. 4. sum. c. 19.

Omnis superiores huiusmodi fruuntur potestate. Quia esto voluntas votantis, & materia promissa, spectato tempore, pro quo obligata votum, non habeant subiectionem: at illam habent tempore, quo obligatio contrahitur: & cum haec obligatio inconsulto superiori fiat, in cuius gravamen, & irreverentiam cedit, potest ab illo irritari. Ita plures alij apud ipsum Santium vbi sup.

Vnam & alteram sententiam probabilem <sup>563</sup> satis esse existimo. At ego distinxerim de sub. Vota que ditis plenè superiori subiectis quoad voluntatem, vel quoad solam materiali promissam. Si subditi sint plenè quoad voluntatem: horum vota eti. in tempus libertatis referantur, superior poterit irritare. Quia ratione poterit irritare superior vota Religiosi emissa in tempus, quo a subiectione liber extiterit: & pater, vel tutor vota filij, vel pupilli impuberis in pubertatis tempus relata. Quia horum voluntas plenè est superioribus subiecta: ac proinde

proinde obligari non potest, nisi cum superiorum dependentia. Si vero subjet sunt quoad materiam promissam tantum: horum vota relata in tempus libertatis, nullatenus superior poterit irritare. Quia sibi non praeditum est. Quocirca nec vir irritare potest uxoris vota, nec pater filii puberis, nec dominus servi implementa tempore libertatis. Quia facta pro eo tempore nullum afferunt praedictum.

## PROBL. CXXVI.

*Emissit filius puber, vel uxor, vel seruus vorum quod ex se, vel ex intentione vovenus est perpetuum: Potest id votum à parente, à marito, à domino penitus irritari.*

**F** Exempl. gr. Vomit filius pubes, uxor, aut seruus se quotidie eleemosynam elargiturum, vel recitaturum quotidie Rosarium Deiparae, vel omnibus Sabbathis in eius honorem vite sua ieiuniarum: dubium est, num huiusmodi vota possint à parente, à marito, à domino penitus irritari; Possunt quidem. Quia haec vota ex libertatis ac subiectionis tempus afficiunt ac proinde irritatione perfecta sunt capacia. Sic Sanch. l. 4. sum. c. 29. n. 7.

**M**inime posunt. Quia prefati domini solum irritare possunt subditorum vota, quatenus sibi praedictum est: sed illa vota solum possunt dominis hisce praedictare quo ad materiam contingentem tempore subiectionis: non autem potest. Ergo solum quo ad illam partem possunt vota suspendere. Ita Lessi. l. 2. c. 40. dub. 14. n. 86. Palau. to. 3. tr. 15. d. 2. pun. 1. §. 4. n. 2. Bonac. to. 1. d. 4. qua. 2. pun. 7. §. 2.

**P**robabilius hoc iudicio, nec obstarre, haec vota ex libertatis ac subiectionis tempus afficer. Quia afficiunt illud diuinitatem: est enim materia illis promissa, dividua singulis diebus correspondens: ac proinde secundum partem implendam tempore subiectionis, parent, maritus ac dominus possunt pro subiectionis tempore, manentibus firmis votis quoad parentem tempore subiectionis implendam. Alioquin votum castitatis emissum ab uxori irritari possit a viro ita ut soluto matrimonio nulla illius esset obligatio: quod est omnino falsum, ut fatus colligimus ex cap. Quidam, & ex cap. Placat, de conuersat. coninguator.

## PROBL. CXXVII.

*Irritativa directa potestas extenditur, & non extenditur ad vota emissae tempore quo vovenus sui iuris erant.*

**E**x tenditur quidem. Quia superior Religiosi suis irritare potest vota à Religiosis in sæculo emissæ, & tutor signatus 'pupillo, eius vota ante subiectionem emissam' tempore, quo caret parente, & tutor. Ergo potestas irritativa directa extendi: potest ad vota emissae tempore, quo

vovenus sui iuris erat. Nam esto non fuerit emissa sub tacita conditione ab solita beneplaciti superioris, quia nullus superior tunc aderat: fuerunt tamen emissa ex iuris interpretatione sub conditione beneplaciti superioris, si existaret. Quod videretur necessarium in populo uocente, dum caret parente, ac tutore: ut hac ratione eius imbecilli iudicio, ac diminuta discretione prouideatur. Sic Lessi. l. 2. cap. 40. dnb. 15. num. 33. Et probabile reputat Palauus ciuandus.

Potestas irritativa directa nullatenus extendetur, neque extendi potest ad vota emissa Non extendit tempore, quo vovenus sui erant iuris: beneplaciti superioris, & suspensi. Quia ea sola vota superior potest irritare, que sub eius beatitudine placito fuerunt emissa: sed vota non habent beatitudinem, superiore sub nullius beneplacito emituntur: Ergo directa irritationis haud est capacia. Quod vero indirecte irritari possint, manifestum. Quia virtute potestatis dominativa supernuentis, impedire potest superior votorum sibi praedictantium executionem, in qua suspensione, indirecta irritationis consistit. Sic Doctores communiter teste Palao, & me contestante.

Profecto licet satis probabilem primam sententiam esse existimem, secundam communem Terciam teneo, ratus quidem superiore Religionis maxima habeo non irritare vota Religiosi in facculo emissa; quia in professione Religionis tanquam solutione illorum perfectissima extinguntur. Quod si ea tempore professionis Religiosus approbarerit, & in eis voluerit persistere: irritari poterint à Praelato; quia iam sunt subiectionis tempore emissa. Vota vero pupilli nemini subiecti, suspendi quidem poterint, sed non irritari à tutori (idem de curatore respectu minoris sui dixerim) supernuentis. Quia nullibz et cautius eos habere potestatem talia vota irritandi directe: & indirecta facultate sufficienter prouidere possunt pupilli, seu minoris administrationi. Unde infero, vota uxoris tempore libertatis emissæ suspendi à marito posse quatenus sibi praedictauerint, & non aliter. Quidam fortiori procedet in votis servorum tempore libertatis emissis, quæ à supernuenti domino solum suspendi, non irritari poterunt.

## PROBL. CXXVIII.

*Irritatio, & suspensio voti procedens à dominativa potestate, potest, & non potest licet sine causa concedi.*

**C**ertum mihi, irritationem & suspensionem Hoc enim voti procedentem à dominativa potestate nullam ad sui valorem causam requirere. Quia subditus in sua promissione imbibit conditionem, si superior consenserit, vel non contradixerit. Ergo pro libito contradicentes, cessat obligatio. Suar. l. 6. de voto, cap. 1. num. 9. Basil. l. 10. de matr. cap. 17. num. 21. Quæserim vero, an sine causa licet concedi possit?

Potest iustè abque causa concedi. Quia promissiones subditi hanc (ut dicebam) tacitam conditionem

ESCOBA  
Theof Mo  
Tom. III. I

ELIV.

ditionem habent. Si superior confenserit, vel non contradixerit. Superior autem nullo vinculoteneatur, ad prestandum confensum, vel non contradicendum: sed in his liber est, & suo iure vivit. Ex gratia, si quis promittat elemosynam gerendam ex aliena pecunia sub conditione, Si dominus confenserit: poterit dominus pro libito non contentire absque culpa. At Religiosus, filius familias, vxor, seruus promissum faciunt sub conditione, Si eorum dominus confenserit. Poterit ergo dominus pro libito consentire. Sit Gregor. Lopez leg. 3, fine, sit. 8. part. 1. Nauar. sum. cap. 12. num. 73. Sylvest. 2. Volum. 4 q. 6. art. 6. Azor. p. 1. l. 11. cap. 17. q. 5. Basil. l. 10. de matr. cap. 17. num. 24. & alij plures. Qui quidem inferunt, posse voto adstrictum petere absque causa illa irritationem. Quia petit rem, quam superior licet sine causa potest concedere.

<sup>572</sup> Minime potest iustè, sed saltē venialiter delinqūit superior, qui absque iusta causa votum subditi irritat, vel suspendit. Quia huic hæc potestas data sit in vouchis vtilitatem, vt creditur data Prælati Regularibus: sive in vtilitatem irritantis, vt est potestas domini in seruum, sive in vtriusque vtilitatem, vt datur coniugibus: dissonum, & contra rationem est, eam absque causa veili irritanti vel vouchis, exercere. Et à ratione est alienum, quod superior absque aliqua causa impedit voluntatem subditi ad bonum voto obfirmatum cum superior ratione superioritatis teneatur de bono spirituali subditi prouiderem illi impedimento esse, cùm sibi inde nullum damnum prouenit. Ita Sotus l. 7. de inst. q. 3. art. 1. Aragon. 2. 2. q. 88. art. 8. concl. 3. Valent. 2. 1. d. 6. q. 6. pun. 6. Laym. l. 4. tract. 4. cap. 7. n. 18. Suar. l. 6. de voto, cap. 1. Sanch. l. 4. sum. cap. 14. num. 13. Lessl. l. 1. cap. 40. dub. 12. num. 70. & dub. 13. num. 76.

<sup>573</sup> Cum his sentiens, abnegarim, posse dominum cuius ille pecuniam vout in elemosynam impetrare, absque causa negare consensum in eam elargitionem: habet enim semper causam legitimam abnegandi, nempe propriam vtilitatem, qua priuat, permittendo propria pecunia alienationem. At cum in praesenti supponamus, nullam incommoditatem superiori aduenire ex eo, quod subditi votum exequatur: abutetur planè sua potestate, & illum à bono proposito conceptio retrahat. Vnde constat, non posse subdium irritationem voti à superiori petere, nisi aliquam causam sua petitionis habeat. Existimo autem, eam sufficientem esse, si granatum voto se sentiat: quia ad excusandam veniale culpam, quæ in praesenti interuenire potest, quælibet causa modica sufficit: quare moraliter loquendo nulla culpa in concessione irritationis, illiusve petitione runc inuenietur. Sanch. l. 4. sum. cap. 24. num. 15. & 16.

## PROBL. CXXIX.

Irritationia potestas potest, & non potest alteri delegari.

<sup>574</sup> D Elegari non potest. Quia hæc delegatio non videtur posse fieri sine dominij

communicatione: sive nec delegatio iurisdictionis sine communicatione iurisdictionis. Item quia irritativa potestas fundatur in conditione beneplaciti superioris, quam vota irritanda imbibunt. Ergo necessariò debet esse dominus & superior, qui votum valeat irritare. Sic Doctores quidam, quos prepresso nomine, memorat Palaus to. 1. tract. 15. d. 2. pun. 4. n. 10.

Potest equidem delegari. Quia irritatio est <sup>575</sup> contradicte superioris, dispositioni à subdito <sup>Delegari possit.</sup> facta. Ergo huiusmodi contradictionem potest superior per procuratorem exercere: sicut Prælatus & dominus possunt per procuratorem contradicere alienationi factæ de rebus, quarum habent dominium. Ita Suar. l. 6. de votis, cap. 7. num. 1. Sanch. l. 4. sum. cap. 24. num. 54. Lessl. l. 2. & dub. 18. num. 133. Palaus ubi supra.

Existimatur, rationem ab Auctoriis primæ partis indicatam concludere, neminem <sup>Eiusdem mentis</sup> posse nomine proprio vota irritare, quin doct. tis sum. minus sit, dominiumque habeat: non tamen concludit, eum qui alterius vices gerit, id tanquam procuratorem alieno nomine agere non posse. Sicur potest delegatus à Parochio potestatem assistendi matrimonio habere, quin Beneficium habeat: & procurator ad contrahendum matrimonium constitui, quin ipse matrimonij sit capax. Quia delegatus non proprio, sed alieno nomine assistit, & contrahit.

## PROBL. CXXX.

Potest, & non potest maritus omnia uxoris vota, durante matrimonio, irritare.

<sup>576</sup> P Otre profecto. Quia Numer. 30. eodem modo loquitur textus de voto vxoris, ac <sup>577</sup> de voto pueræ existentis in domo parentis. Et nō potest omnia quia vxor subiecta est viro in omnibus, sicut Ecclesia Christi Domino est subiecta Ephef. 5. Ergo omnes eius actiones viro subiectæ sunt. Et quia ad conservandam pacem, mutuunque amorem inter coniuges, necessarium fuisset videatur, ut mulier plenè viro in omnibus esset subiecta: neque velle, aut nolle haberet, nisi iuxta vici beneplacitum. Quo quidem levitati & inconstitiae muliebri in vnuendo prouidetur, sicuti impteribus est prouisum. Sit Sotus l. 7. de inst. q. 3. art. 1. Sanch. l. 9. de matr. d. 1. num. 7. & d. 39. num. 4. & l. 4. sum. cap. 34. num. 3. Et probabile reputat Lessl. l. 2. cap. 4. dub. 15. num. 88. Bonac. d. 4 q. 1. pun. 7. & 2. num. 16. Ludou. Lopez. p. 1. Infruct. cap. 47. vocata hanc sententiam satis tutam. Fauerique D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 8. ad 3. vbi vota uxoris cum Religiosorum votis comparat, quæ quidem superior potest irritare. Ita ipsum indicant alii plures relati à Santio, ob quorum authoritatem sententia hæc probadilem admodum esse indico.

Minime potest maritus omnia uxoris vota irritare, matrimonio durante: sed ea solùm <sup>578</sup> minime possunt, quæ matrimonij usui, prolis educationi, vel gubernationi domesticæ præiudicauerint. Quia nec ex natura rei, neque ex iure positivo efficaciter colligitur, vxorem subditam esse viro in actionibus personalibus, quæ usum matrimonij, educationem prolis, vel domesticam.

180 Theologiae Moralis. Lib. XXIX.

cam gubernationem non impediunt. Hac namque subiectio ex matrimonij contraatu oritur ac proinde commensurati debet fini ipsius; sed plures sunt actiones, quae prefato fini non officiunt, nempe obseratio diuinorum praeceptorum, moderata penitentia, brevis oratio, clemensia ex propriis bonis, & alia similes: Ergo ad hanc gerendam Voto se xviii firmiter sine vita relaxationis metu pterer adstringere. Ita Navar. sum. cap. 2. mpp. 64. Layman. lib. 4. tract. 4. cap. 7. num. 12. Palau som. 3. tract. 15. d. 2. punct. 6. num. 2. Bonac. tom. 2. d. 4. quest. 1. pun. 7. §. 2. num. 10. Bafl. lib. 10. de matrim. cap. 17. num. 3. Suar. lib. 3. de Voto. cap. 6. num. 6. & L. cap. 4. num. 2. Valent. 2. 1. q. 88. d. 6. quest. 6. punct. 6. A. Et part. 1. l. 11. cap. 16. quest. ultim. & cap. 17. question. 12. Sayr. in Clauis. l. 6. cap. 5. num. 8. & cap. 10. num. 19. Leff. lib. 2. cap. 42. dub. 15. num. 8. & ali plures.

Quia ad hunc effectum extendi non potest ob  
alterius coniugis praedictum. Quia parte ve-  
rò continet obligacionem abstinenti à petitio-  
ne debiti , venerisque delectationibus , fir-  
mum est , & inirritabile. Quia secundum hanc  
partem marito non praedictat. Ita Suar. tom.  
3. de Relig. libr. 9. capit. 8. numer. 5. Palauis  
tom. 3. tractat. 15. d. 2. punto 6. numero 5.  
& alij.

Hoc consequenter assero, adiiciens, si ipse maritus agre' ferat, semper petere, & ob hanc causam amor coningalis immunitarum, & discordia excitetur, cessare pro tunc Voti obligacionem quoad petitionem debiti, ne sit maioris boni impeditio. Mecum Layni. libr. 4. tract. 4. cap. 7. num. 16.

PROBL. CXXXII.

Potest, & non potest uxor Votum mari-  
ti de non petendo debito  
irritare.

**S**uppono, vxorem ea sola Vota mariti posse  
irritare, que sibi praejudicauerint. Quia vir  
subiecti non potest vxori quoad voluntatem, sed  
solum quoad materiam promissam. Quocirca  
poterit irritare vxor Votam longa peregrina-  
tionis, nisi sit Ierolympitanæ in terra lantæ  
subsidium: immoderata absentia: nimisatum  
precum, & similius. Quia obstant mutua habi-  
tationi, & obligatio*n*i reddendi. Lefsi. lib. 2,  
cap. 40. dub. 13. num. 98. Bonac. d. 4. quæst.  
2. punct. 7. §. 2. num. 17. Idem dixerim de Vo-  
to induendi habitum Eremiticum, seu Tertiæ  
Ordinis D. Francisci. Quia ob horrorem, quem  
excitat retraher forcasie mulierem à deliti*p*  
petitione, & à facili, ac ultranca reditibus. Suan.  
lib. 6. de Voto cap. 4. num. 8. Lefsi. & Bonac.  
citat. At de Voto non petendi est difficultas,  
num possit ab vxore irritari?

PROBL. CXXXI.

Votum castitatis ab uxore absque viri con-  
sensu emissum, potest, & non  
potest ab illo ir-  
ritari.

**P**otest quidem. Quia esto mulier in actu  
coniugij viro subdita non sit, sed ei aequa-  
lis. At subditur in voluntate, ne noua obliga-  
tione se implicet: à qua subiectio non exi-  
mitur, licet Votum antē consummatum ma-  
trimonium fuerit emissum. Quia non mariti-  
monij consummatione, sed contractu vir ca-  
put est vxoris. Neque item eximitur, quamvis  
ex matri licentia Votum illud fuerit emissum.  
Quia licentia non tollit à marito dominium,  
sed solum impedit liberam, ac expeditam irri-  
tationem: Ne felicet abique grani causa fiat.  
Sic Sanchez lib. 9 de matrimonio d. 3. num. 7. & d.  
37. mmo. 4. & l. 4. sum. cap. 34. num. 3. & alij apud  
ipsum.

581 Minime potest. Quia illud Votum contine-  
re poterat obligationem abstinenti à debito, pe-  
nititione, & redditione , venereisque delectatio-  
nibus. At qua parte continet abstinentiam à  
debiti redditione , irritatione non indiget.

Postea equidem. Quia cogit mulierem, ad  
semper petendum, quod nimis onerosum est, § 84  
*Paus. id*  
et fœminæ verecundia contrarium Sic Henr. uxor.  
*lib. 11. cap. 5. num. 8. Layman. lib. 4. tractat. 4.*  
*cap. 7. num. 16. Sanch. lib. 9. de matrimonio. d. 42.*  
*num. 7.*

585  
Minime potest.  
Minimè potest. Quia vxor non haber potestatem obligandi maritum ad petendum, i.e. Votum ad reddendum. Ergo in abstinentia petitionis maritus iuri vxoris non praeditus. Et licet inde vxori molestiam acceperat, sentiens se obligatam esse ad petendum id leuis confederationis est, cum maritus utatur iure sibi dato, ex Voto nunquam petendi. Ita Palati. in 4. diff. 18. d. 1. circa princip. Anton. Gomez in Bul. Cruciat. claus. 10. num. 67. Tunica quest. 5. de Voto. m. 60. Plures Doctores haec sententiam adherunt, dummodo maritus, si aliquoties offerat paratum debiti redditioni. Quia hac oblatione tollitur vxori verecundia, quam habere poterat in petendo. Sic Sanchez libr. 9. de mar. a. 42 num. 7. Basili. l. 1. o. de matrimonio. cap. 17. §. 2. num. 19. Naur. cap. 12. fom. num. 60. Lessi. libr. 2. cap. 40. dub. 15. nuper. 99.

Hanc partem probabiliorem esse reor. Quia obligatio mariti debitum non petendi, minime in uxoris cedit praedium: siquidem non retribuit.

## Sect. II. De Precepto II. Problemata. 181

*ad hanc  
a Santo &  
alii apostol  
n.*  
trahit eam à petitione: sed liberius petere potest, sciens maritum impeditum esse ad petendum, tum ut libidini satisfaciat, tum ut annuat inclinationi naturali mariti. Neque video, vnde nam maritus teneat aliquoties se offerre vxori pararum ad reddendum. Nam si de habituali obligatione loquamur, semper maritus paratus esse debet: si vero de actuali obligatione, sicut vxor non potest obligare maritum, ut petat debitum, ita nec vt se actualiter offerat, id enim esset velut petere, contra voti obligationem. Sufficere crediderim semel uxori manifestare, se voto impeditum esse ad petendum, estis se ad reddendum exponat, cum primum uxor minimo suæ voluntatis indicamento petierit. Mecum Palauus tom. 4. tr. 15. d. 2. pun. 6. num. 10.

### PROBL. CXXXIII.

*Sub nomine patris ad voti irritationem  
venit, & non venit herus, vel Magister defientibus patre, tutore, aliisque ascendentibus.*

*Premissis, quia  
num nomine  
filij & tutoris  
indigantur,*  
**R**euoco ad memoriam, posse patrem omnium vota sine realia siue personalia filij im-  
puberis quantumvis dolis capacis irritare. Quia illa omnia (iure sic disponente) emissae sunt sub parentis beneplacito, qui potest obligationem assumptam a filio elidere, vel confirmare. Porro sub nomine filij non solum legitimum, sed naturalem, & spurium, si moraliter constet, verò eius esse, intelligi credo. Quia etsi pater civilem potestatem non habeat ad filium naturale, & spurium gubernandum: habet tamen potestatem naturalem, vt filij imbecillitati in votendo consular, ne maneat hoc conuenienter fermo destitutus. Quod intellige quando nullud adest tutor, qui de hoc remedio prouideat. Nam si tutor adsit, ipsi, & non parenti competit filij illegitimi vota irritare. Tutori enim, & non parenti competit filij illius gubernatio: qui quidem sub tutoris, & non sub patris est potestate. *In sit. de patria potest initio, sub nomine autem patris ad hæc vota impuberis irritanda venit tutor.* Quia loco patris ex iuri dispositione subrogatur. Mater verò, viuente patre, hanc potestatem non habet. Vota vero functo parente, vel amente, vel longissime absente, si filio datus sit tutor, aut curator, non poterit filij vota irritare. Quia nec persona, nec bonorum ei competit administratio: sed penes tutorem, vel curatorem existit. Verum si filio datus tutor non sit, nec ex parte patris est auctor, qui loco patris succedere possit, poterit mater vota filij impuberis irritare: nō quia tutrix sit tutelam namque ob mortem mariti iure ipso non habet, esto illam petere possit. *Auct. Matris, & Asia C. Quando mulier tutela officio fungi potest.* sed quia iure ipso naturali illi datum est, filium impuberem gubernare, auctor, tuto-req[ue] defientibus; ne eins imbecillitati in votando consulat. *Suar. I. 6. de voto, cap. 6. num. 22. Bonac. to. 2. d. 4. quaest. 2. pun. 7. §. 2. num. 18. Sanch. I. 4. sum. c. 31. n. 76. & 79. Laym. I. 4. tr. 4. c. 7. n. 10. Sa u. Voti irritatio, n. 1. Quæsirom au-*

tem, num sub nomine patris veniat herus, vel Magister defientibus patre, tutore, aliisque ascendentibus ad munus vota irritandi?

Venit quidem. Quia hoc pietati ac aquitati est consonum, ne impubes hoc remedio, quo sua imprudentia in votando consulunt, desistunt existat. Sic Laym. I. 4. tr. 4. c. 7. num. 10. Delfi. I. 1. cap. 40. dub. 14. n. 82. Suar. I. 6. de voto, c. 5. n. 2. 3. Sayr. in Clasii I. 6. c. 10. n. 18. in fine.

Minime venit. Quia potestas dominativa ad irritationem votorum requisita nec iure naturali nec positivo, hero vel Magistro, nutritio infantis conceditur. Potius namque sui iuris esse reputant impubes patre, tutore, aliisque ascendentibus carens. Ita Sanchez pluribus relatis, libro 4. sum. cap. 35. num. 84. Bonac. go. 2. d. 4. quaest. 2. punct. 7. §. 2. numer. 18. Palauus tom. 3. tr. 15. d. 2. punct. 7. n. 8. & alii philes.

Ego quidam primam sententiam ob pietatem, quam praesertim fert, ob tatorum Doctorum authoritatem probabilem basis esse existimo. At hoc mihi pro secundam ob rationis vim probabilem plane babilum esse crediderim.

### PROBL. CXXXIV.

*Mater Minoris habet, & non habet eamdem, ac pater ad votorum irritationem, potestatem.*

**S**i de votis puberum loquamur, pater irritare eorum vota potest, quæ sua administrationi, ac gubernationi domesticæ præ-<sup>591</sup> plura de potestate, non alia. Quia obtenta puber-<sup>testate</sup> parentate, filius præsumitur plenam discretionem <sup>tis & curia</sup> ad irritandam vota ad irritationem votorum. Suar. I. 6. de voto, cap. 1. sum. 6. I. In puberis præfero, non posse parentem irritare filij puberis mitto, votum Religionis, castitatis, Ordinis, fiscipendi. Quia in iis filius sui iuris est. Nec votum frequentandi sacramenta, fiscipendi moderatione ieiunia. Quia hæc domesticæ gubernationi non obsumt. Nec votum reale ex bonis, quorum filius dominum, & administrationem haberet, vt sunt bona, castrensis, & quasi. Quia in horum alienatione filius sui est iuris. Bonac. tom. 2. d. 4. q. 1. pun. 7. §. 2. num. 21. Suar. I. 6. de voto. cap. 5. num. 6. Deinde nec posse irritare votum filij puberis de bonis aduentitiis, quorumque viuunt, neque ad administrationem habet. Qui solummodo tale votum ei ob has rationes præjudicare poterat. Sanch. I. 4. sum. cap. 35. num. 41. Porro curator etiam potestatem ac pater habet ad irritandum minoris vota, dum durat officium. Quia eo tempore plenè parentum loco subrogatur: & ob hunc finem datus est et, vt bonis eius prouidere valeat. Quod si plures sint curatores designati (& idem est de tutoribus comparatione pupilli,) penes quem liber ipsorum est integra potestas vota puberis irritandi. Quia hæc competit ratione officij: & nulla est specialis ratio, cur potius vni, quam alteri competat. Suar. I. 6. de voto, cap. 6. num. 22. Sanch. I. 4. sum. cap. 25. n. 70. Denique de matter, si curatrix sit, idem dicendum. At si curatrix non sit,

fit, & minor curatorem habeat, certum est, nullam habere potestatem. Quia si erim verò, an possit sicut pater filij puberis irritare vota, si iuratores non habeant?

592  
Mater ean-  
dem ac pater  
habet po-  
testatem.

Eandem ac pater habet in hoc casu potestatem. Quia deficentibus patre & curatore, aliisque ascendentibus parentis, qui de minoris obligationibus prouideant, ratione consonum esse videatur, ut mater (auiaque) succedat, ob naturalem in filium potestatem & amorem. Sic Manu. tom. 2. sum. cap. 91. num. 10. concl. 9. Vega. tom. 2. sum. cap. 129. casu 96. Stunica de voto. 9. 3. num. 95. Sayr. in Clau. l. 6. cap. 10. num. vlt. Sa. v. voti irritatio. num. 1.

593  
Non habet.

Mater non habet eandem, ac pater, potestatem ad irritanda filij puberis vota, etiam si illle careat curatore. Quia pater solum potest vota filij puberis irritare, dum sub eius est potestate, & quia in eius potestate est: At filius pubes non est sub potestate matris, quatenus mater est, ut deciditur in §. Famine, insit. de adoptione & lego Regia 2. & 8. in 17. partia 4. Ergo mater, quatenus talis est, potestatem non habet, filij puberis vota irritandi. Ita Suan. 1. 6. de voto. cap. 5. fine. Sanch. l. 4. sum. cap. 35. num. 77. Palau. tom. 3. trist. 15. d. 2. pun. 7. num. 15. & alij committunt.

594  
Non amittit  
sententiam  
primam.

Nullatenus admiserit sententiam primam ob illorum textuum decisionem. Et quidem de votis realibus pro sententia secunda ratio est manifesta. Quia matri non competit ipso iure administratio bonorum filii puberis, mortuo parente, sed curatori à Iudice designato: & dum nullus designatur, ipsi minori competit. Quia est sui iuris. At potestas patri, & curatoris ad irritanda vota realia in administratione fundatur. Cum ergo hæc matris, quatenus talis est, non competit: nullo modo hæc potestas ei competere potest.

### PROBL. CXXXV.

*Prælatus Regularis potest: & non potest omnia Religiosi subditi vota irritare.*

595  
Quid certum?

Certum omnino est, posse irritari à Prælati vota Religiosorum, qua eorum iurisdictione, ac regulari gubernationem impediunt. Quia non possunt esse voto obedientia contraria, neque in superiori præiudicio. At quia à Religiosis plura vota possunt emiri iurisdictioni superiori non præiudicantiarum sunt vota de actibus internis, de seruadis Ecclesiæ, ac Religionis præceptis, & similibus: quæ si erim, an hæc cuncta vota possint à Prælatis irritari? solum

596  
Non possunt  
omnia vota  
initiare.

præiudicantia? Solum possunt vota præiudicantia eorum iurisdictioni, vel regulari gubernationi valente irritare. Quia universalis irritatio esse non potest, nisi Religiosi ita Prælatis subiecti sint in obligationibus assumenti, ut in eorum voluntate sit constitutum, illos obligatos existere, aut nullam habere obligationem: sed ex voto obedientia, statuque Religioso hæc tam arcta subiectio non colligitur: inde namque solum colligitur in Religiosis obligatio obediendi in consentaneis regulæ: & in Prælatis

potestas ea præcipiendi, prohibédiique aduersa: Ergo Religiosi non sunt ita Prælatis subiecti, vt nos queant aliquam obligationem regulæ consentaneam, statuque Regulari conuenientem, voto emiso, subire independenter à superiorum voluntate. Sic locuti de voto præceptorum, Caiet. 2. 2. quæst. 88. art. 8. dub. vlt. Palaci. in 4. dist. 8. d. 3. Armil. vlt. Votum. n. 9. Ang. p. 1. q. vni de voto. a. 7. diffic. 2. concl. 3. & alij apud Suan. citandi. Et probabilem esse docet Lessi. l. 2. c. 40. dub. 13. n. 74.

Prælati Regulari possunt omnia Religiosi subditi vota irritare cuiuscumque materia sint excepto voto intundi Religionem strictionem. Omnia p[ro]fessio[n]i iuriu[m] iurare. Quia negari non potest potuisse Pontificem, ut apertus Religiosi gubernaret, eoru[m] voluntates, ita Prælatis subiecti, ut ablique eoru[m] co[n]sen[t]entiu[m] nihil firmiter voleant. Si enim ut immatuorum filiorum, aut popillorum iudicio prouideret, sc pupilloru[m] voluntatem parenti, vel tutori subiecti, ut in parentis, vel tutoris arbitrio sic vota eorum firmare, vel cassare: & qualibet R[ec]publica potestatem habet contractibus suorum ciuitum eas conditiones apponere, quibuscum & non alter obligati perscant. Cur non poterit Pontifex de Religiosorum votis sic prouidere, ut hac via in statu assumptio rectius, & securius procedant? Quod vero ita factum sit, probat praxis, & vius Religiosorum. Ita Lessi citat. n. 75. Sanch. l. 4. sum. c. 14. n. 30. Vasq. 1. 2. d. 16. 5. c. 4. n. 29. Laym. l. 4. tr. 4. c. 7. n. 6. concl. 3. Suan. l. 6. de voto. cap. 7. n. 1. Valent. 2. 2. d. 6. q. 6. pun. 6. quæstiune 5. Natur. sum. c. 12. n. 6. Azor. p. 1. l. 11. c. 17. q. 6. & 17. Bonac. tom. 2. d. 4. q. 2. pun. 7. §. 2. num. 26. & alij plures apus iplos.

Hæc sententia longe mihi est probabilior. Quam approbari à D. August. relato in c. Longe probat. Non dicatis 1. quæst. 2. Vbi dicitur Religio[n]is subiectio non solum facultatibus, sed etiam voluntatibus propriis enunciare, & le per promissam obedientiam aliorum potestari. & imperio subdere. Et Bonif. VIII. in c. si Religiosus, cuius arbitrium non ex sua, sed ex illius quem vice Dei supra casu sum posuit, & cuius imperio se subiecti, voluntate dependet. Hinc concedo, ex præciso voto obedientia, statuque religioso hanc latam subiectiōnem non oriri. Oriri tamen ex ipsis, sic disponente Ecclesia. Cui subiectiōnē non obstat quod sapere Prælati executionē materiæ promisię impedire non possint. Quia impedit possunt nouam, & voluntariam obligationem illius, ut potè non necessariam, ac multoties minimè conuenientem.

### PROBL. CXXXVI.

*Abbatissæ an Priorissæ Monialium vota omnia possunt, & non possunt, uti Prælati Regulari, irritare.*

Non possunt. Quia non videtur necessaria huismodi potestas, cum eam habeant Prælati Regulari, quibus Moniales iurant. Non possunt omnia vota. ipsæ subduntur, & quia Abbatissæ, ac Prio-

ESCOBA  
Theoſ. Mo  
Tom. III. I  
ET IV

## Sect. II. De Præcepto II. Problemata. 183

risse spirituali carent iurisdictione. Ut probat Sanch. multis relatis, lib. 6. sum. cap. 1. num. 17. Sed potestas irritandi Vota in iurisdictione fundatur: Ergo carentes iurisdictione potestate dominativa carent: Ergo nulla Monialium Vota poterunt irritare. Sic plures docti viri, apud Santium citatum.

600  
Possunt omnia Vota Monialium, (uti Prælati Regularis omnia subditorum Regularium) commutare. Quia Moniales Votum obedientie Abbatis vel Prioris, sicut Regularis suis Prelatis emittunt. Ita Sayr. in Clavis, libr. 6. cap. 10. num. 7. & 13. Sanch. pluribus relatis, libr. 4. sum. cap. 3. num. 9. Lefsi. libr. 2. cap. 40. dub. 18. num. 3. Suar. libr. 6. de Voto, cap. 7. in fine. Confert ex parte Palauis tom. 3. trah. 15. d. 1. pun. 8. num. 7.

601  
Medium via  
cum alio  
fidei.  
Huius mentem sector affirmans, Abbatissas sola ea Vota posse irritare, que domesticā gubernationē obesse possunt. Quia Abbatissas nullam aliam in Monialibus potestatem habent nisi domesticā, & politicā, & in ordine ad bonum temporale domus & familiā. Neque Moniales ei obedire prouitunt, nisi in his rebus, que hanc domesticā, ac politicā gubernationē spectant, ut ipse Sanch. probat libr. 6. sum. cap. 1. n. 20. à num. 17. Ergo solummodo irritare poterunt, Vota hanc gubernationē domesticā spectantia. Quia solum in hac parte Superioris sunt, & Monialium voluntatem habent subiectam. Mecum Azor. part. I. 1. cap. 17. q. 3. ad finem.



### CAPVT XXI.

#### Circa Voti Dispensationem.

##### PROBL. CXXXVII.

Si petens dispensationem Voti, illamque concedens, bona fide procedant, existimantes, causam adesse legitimam: valet, & non valet, dispensatio.

602  
Circa qua-  
dam suppono.  
**E**RITVM est Dispensatione Voti obligatiōnē cessare. Quia dispensans relaxat Dei nomine, quod per Votum debetur. Et si ut facta creditoris remissione, vel vices illius habentis debitum extinguitur: sic facta huiusmodi relaxatione, seu remissione, vices Dei habentis, Votum cessat. Hanc autem relaxationē actum esse iurisdictionis spiritualis Ecclesiasticē à Christo Domino Petro, ciūisque successoribus concessā. Mat. 16. Quodcāmque solariis super terram, erit solūrum & in celis. Ut verò hac dispensatio licita, ac valida sit, causam instam expostulare. Quia cum nomine Dei fiat, in tantum fieri poterit, & valebit, in quantum Deus ipse consentierit. At Deus nequamque est contendus consentire in sui debito remissione, absque causa facta, nam talis remissio irrationabilis est, & recte Ecclesiæ administrationi præjudicat. Ergo dispensatio ad sui valorem instam causam expostulat. Ceteris hisce præmissis, quæstionem, an si petens dispensationem, illamque concedens, bona fide procedant, existimantes

*Esco. & Mend. Theol. Moral. Tom. IV.*

causam legitimam adesse, valeat dispensatio, nec teneatur dispensatus ad Votum suum redire, deprehensa causa insufficientia?

Valer equidem dispensatio. Quia aequitati est consonum ad sedandos scrupulos, pacandas conscientias, & Ecclesiæ rectam gubernationem. 603  
Votum <sup>dispensatio</sup> <sub>fatuus</sub>

nem, ut Deus remissionem Voti nomine ipsius

bong fide factam approbet, ac confirmet. Si

enim cum causa dubia existit ad dispensandum,

potest Prælatus validè, & licet dispensare: (uti

dicit Laym. I. 4. tr. 4. c. 8. n. 5. Sanch. I. 4. sum. c. 45.

n. 10. & alij.) à fortiori id poterit, cum tam ipse

subditus credunt legitimam dispensatio-

nis causam adesse. Sic Lefsi. libr. 2. cap. 40. dub. 1. p.

num. 1. 9. Sanch. libr. 4. sum. cap. 44. num. 10.

Minime valet. Quia ad sedandos scrupulos, & pacandas conscientias id non est necessaria. 604  
Non valet.

rius sufficit enim quod presumatur, legitimam

esse dispensationem: quod recte presumi po-

tet, quoties conceditur ex causa, quae legitima

existimatur: inquit ex causa quae dubia est.

Nam scilicet hac presumptio, turus est dis-

pensatus, & securè procedit. Quod verò dispen-

satio, detecta nullitate causæ subsistat, neque ad

rectam gubernationem, neque ad scriptulos vi-

tandos, sedandāque conscientias expedit: sed

potius expedit contrarium, ne Deus cencetur,

errori facere. Ita Salas, Basil. quos citat, & sequit

tur Casper. Palao tom. I. trah. 3. de leg. d. vlt. pun.

8. §. 2. num. 5.

Verius crediderim, ob causam existimatam 605  
legitimam, sed in re illegitimam minimè subfi- Hoc verius  
stere dispensationem: esto dispensans, & dispen- misi.

satus excusentur à culpa. Quia iura & Do-

dores clamant ad dispensationes valorem cau-

sam legitimam veram requiri, ergo causa non

vera sed apprensus minimè sufficiet.

##### PROBL. CXXXVIII.

*Levit. as in vnuendo: est, & non est suffi-  
ciens dispensationis causa.*

**P**rämitto, illas esse sufficietes dispensatio- 606  
niæ causas, quæ Voti obstant executioni. Quia De sufficien-  
tia ad dispensa-  
tionem causæ  
cum obligatio exequendi Votum cedat in Dei honorem, & in vnuendo utilitatem: non est censendum Deus illius remissionem consentire, nisi adhuc causa huius executionis obligationem impediens. Capita verò obstantes executioni Voti sumuntur tam ex modo vnuendi, si imprudenter, temerè & absque perfecta deliberatione votum sit emissum, quod contingere potest, eo quod in tenera etate votum quis conceperit, vel quia interueniente mens, in trifilia, aliave passione, vel errore circa causam impulsu- nonnulla  
per amissio-

nam vnuit, vel quia causa ex qua motus fuit, ad vnuendpm cessavit. Nam in praefatis casibus reguleriter vnuens periculo subest, votum violandi de Voto, c.

17. num. 8. Quæstionem verò, si contingat, sic vo-

uentum speciale difficultatem exequendi vo-

tum non habere, nec speciali periculo subest,

illud violandi: an eo solū, quod immaturè, &

imperfecta deliberatione votum emiserit, ha-

beat sufficientem causam dispensationem im-

petrandi?

Minime habet. Quia cessante gravi difficultate

607